



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 25. Fratricelli plectuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV.
A. C. 1354

Ragn. 1355
n. 28.

chiepiscopum anno sequente 18 Augusti scripta hunc in modum: Ut comperimus, in diœcesi tua sunt, qui asserant neminem posse mereri vitam æternam per quæcunque opera bona, etiam a gratia proficiscencia. Alii contendunt, pœnam damni seu privationem divini conspectus non esse debitam pœnam pro labe ab ortu nobis ingenita, & per hanc neminem reddi fontem. Primum hominem fuisse moriturum, etiamsi nunquam peccasset; & multa ejusmodi alia. Idcirco te cum iis, qui talia docent, secundum canones agere jubemus. Præcepti hujus momentum patebit ex ordine historiæ.

§. XXV.

Fratricelli plectuntur.

Ragn. 1354.

n. 31.

It. Kebd.

p. 441.

Sup. l. 87.

c. 33.

Nondum extincta erat Fratricellorum hæresis semper negantium, Papam Joannem XXII potuisse retexere Nicolai III de paupertate Christi sanctionem, *Exiit, qui seminat*; & a Papa posse ulla de causa supprimi Ordinem Fratrum Minorum. Cesserone duo capti sunt, Joannes Castellionensis, & Franciscus Arquatinus, Sacerdos alter, alter frater laicus: qui Avenionem ducti jubente Papa sic interrogabantur: Potestne Papa mutare amictum vestrum, ac vos transferre in Ordinem Dominicanorum? Respondebant:

bant: Non. An potest permittere, ut habeatis horrea & cellas, ubi ponatis penum? Non. Num creditis Papam Joannem XXII fuisse caput Ecclesiæ? Non. An bona, æqua, & fidei consentanea est illius decretalis *Quorundam exigit*? Non: Consulto facta est ad damnationem quatuor fratrum Massiliæ combustorum, ac per contemptum paupertatis Domini Nostri, & S. Francisci. Creditis mortem illorum quatuor fratrum fuisse cælo dignam? Reponebant eos fuisse sanctos, affirmabantque multa alia in Papæ auctoritatem pugnancia: ob quæ condemnati, Judicique profano sunt traditi; qui eos concremari jussit.

Ante supplicium Joannes Castellionensis palam ita se declarabat: Ajo Papam Joannem fuisse hæreticum, & sanctæ Ecclesiæ inimicum ob errores suis quatuor sanctionibus *Ad Conditorem, Cum inter nonnullos, Quia quorundam, & Quia vir reprobus*, insertos, sacrisque literis ac vitæ Apostolorum aperte contrarios. Assesevero successores illius Benedictum XII, Clementem VI, & Innocentium VI, cum easdem hæreses foverent, ac defenderent, fuisse hæreticos, anathemate devinctos, & omni privandos dignitate. Tantundem dico de cunctis Præsulibus, & aliis tuendæ fidei catholice præfectis. Ita combustus est cum so-

Secul. XIV.
A C. 1354.

H. Knygton.
p. 2610.

Sup. l. 92.
§. 43.

Sæcul. XIV. cio die tertia Pentecostes & Junii anno
A.C. 1354. 1354. Putabant se consulere honori sui
 Ordinis; & cum reliquis sectæ suæ mem-
 bris contendebant, non nisi Fratrem Mi-
 norem aliquem eligendum esse Papam.

Ughell to. 6. Postea 29 Oct. an. 1354 Papa Joanni
p. 427. Archiepiscopo Capuano, quem ante bien-
 nium hanc ad sedem transtulerat, scripsit

Vad. 1354. in hanc sententiam: Audivimus in tua
n. 6, 7. dioecesi ac provincia quosdam homines
 superstitiosos vulgari nomine Fratricel-
 los sibi arrogare divini verbi præconium;
 magnos errores tradere; simplicibus per
 vestem fictæ demissionis, ac per sermo-
 nes nimis exquisitos imponere; & loqui
 contra fidem ac reverentiam Summæ
 Sedi debitam. Igitur præcipimus, ut se-
 cundum privilegia Inquisitionis tantum
 & sine forma judicii hos improbos per-
 quiras, ex præscripto Canonum corrigas,
 puniasque, ac Magistratus civilis præsi-
 dium, si opus sit, accersas salva suffra-
 ganeorum Inquisitorumque jure exercen-
 dæ contra illos suæ potestatis. Easdem
 Papa litteras Archiepiscopo Pisano, qui
 jam aliquos horum Fratricellorum car-
 ceri addixerat, Archiepiscopis Neapolitano
 ac Beneventino, Legato Ægidio Albur-
 nio, tandemque 21 Dec. Episcopo Cassensi
 ad mare nigrum misit: nam eo usque
 Fratricelli se diffuderant.